Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



que ducta sunt & confirmem ea in corde tuo. idest quom t a quo
factus sit mundus. ut tendam ad amicitiam conditoris. Amicitia
enim efficit bene uiuendo. & uoluntati eius obediendo. Que uoluntas
omnium uiuentium lex est. Breuiter quoque hec eadem firmioris causa memo
rie retexemus. In principio cum fecisset ds celum & terram tanquam domum
unam. ipsa que ex corporibus mundi reddita est umbra. his que intrinse
cus clausa fuerant tenebras ex se dedit. si; cum uo luntas di intro
duxisset lucem tenebre ille que ex umbra corpo facte fuerant
continuo deuorate sunt. tum deinde lux in diem. tenebre
deputantur in noctem. Jam uero aqua que erat intra mundum. in medio
primi illius celi terreq; spacio quasi gelu concreta & christallo so
lidata distendit & huiusmodi firmamento uelut includunt media
celi ac terre spacia. idq; firmamentum celum conditor appellauit. anti
quoris illi uocabulo nuncupatum. & ita totius mundi machina.
cum una domus esset induas diuidit regiones. Diuisio nis enim
hec fuit causa. ut supna regio angelis ha bitaculum. inferior uero pbe
ret hominibus. post hec qd reliquum fuit in inferioribus aquas. iussu
uoluntatis eterne. locus maris & chaos effectum recepit. eisq; addi
mersa & concaua defluentibus. arida quoque apparuit terra. egrega
tiones autem aquas effecta sunt maria. & post hec terra que apparue
rat. herbarum & uirgultorum diuersa genera pduxit. fontes q; & fluuios.
non solum in planis si; & in montibus pculuit. & sic cuncta pparata sunt. ut
hominibus q habitarent in ea esset facultas his omnibus parbitrio uti.
idest siue ad bona uelint siue etiam ad mala. post hec stellis ador
nat celum istud uisibile. sole q; & luna ponit in eo. ut alterius lumi
ne dies. alterius nox uideretur. simulq; ut essent indicio rerum
preteritarum psentium & futurarum. Signis enim tempora facta sunt ac
dierum que uidentur ab omnibus quidem. intelliguntur autem a peritis
& intelligentibus solis. Cumq; post hec de tra & aquis pduci